

## **Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...**

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In qua tractatur de Virtute ac Sacrameto Pœnitentiæ

**Bosco, Jean a**

**Lovanii, 1670**

Concl. IV. Non facilè revelandus est complex in Confessione, quando illa revelatio non est necessaria, nisi ad correctionem ipsius, vel ad præcavendum damnum tetii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73393](#)

peccatorum vindictam & castigationem. Ergo si propter hoc bonum integræ Confessionis liceat revelare peccatum complicis, etiam propter idem bonum licitum erit revelare peccatum, seu potius defectum naturalem non complicis. Nonne paenitens proprios defectus naturales tenet explicare, quando id est necessarium ad integrum Confessionem? Si quis v. g. est illegitimus, & obtulit beneficium, vel suscepit Ordines sacros, omnino tenetur illum defectum, quamvis inculpabilis, in Confessione aperire, quantum necesse est ad integrum confitendum suum peccatum.

Et quanvis durum sit, ut is, qui invitatus recepit unam injuriam, postea novum detrimentum accipiat ex Confessione ejusdem, qui injuriam intulit, solum propter integratatem Confessionis illius, equidem non irrationabile; cum bonum integræ Confessionis videatur præstare illi malo: ut omittam, posse dari casum, in quo non intercesserit illa injuria, v. g. si ego peccavi cum ea, cum qua antea peccaverat frater meus; tali casu ego per meum peccatum non feci injuriam fratri, & tamen meum peccatum inde habet gravitatem specificam, qua non potest declarari in Confessione, non explicato peccato fratris.

Deinde fieri potest, ut quanvis intercesserit injuria, v. g. Petrus metu mortis adigit sororem suam ad incestum secum, ipsa tamen revera consentias in peccatum, adeoque fiat complex peccati: putas autem, quod propter praviam illam injuriam, non possit tali casu Petrus, qui injuriam intulit, confiteri integrum peccatum, cum revelatione sororis complicitis? Profecio potest manifestandi peccatum aliquod in Confessione, non oritur præcisè ex eo, quod sit peccatum complicitis; sed ex eo, quod illa manifestatio sit necessaria ad integrum declarandum & cognoscendum peccatum, quod defertur ad Sacerdotem, quod pro potestate Clavium remissionis, aut retentio eius sententiam pronuntiet. Consimiliter potest manifestandi defectum aliquem in Confessione, non oritur præcisè ex eo, quod sit culpabilis; sed ex eo quod illa manifestatio sit necessaria ad declarandum integrum peccatum; cuius petitur Absolutio, & quod Christus noluit absolviri nisi integrè declaratum.

Hinc ad tertiam rationem Suarri, Respondeo: Ipse paenitens debet suffinere onus & reportare incommunum, ne alius incurrit detrimentum, salvè tamen semper integratæ Sacramentæ. Unde tenetur diutius deferre suam Confessionem, aut aliâ viâ procurare Confessarium, cui possit sine proximi infamia suum peccatum integrè confiteri, procurare (inquam) etiam cum aliquo incommmodo seu detimento tam honorum temporalium, quam proprie fames: quia tota illa infamia sive complicitis,

sive non complicitis, oritur ex sua injusta actione, ut Suarius supponit; ergo tenetur illam impedire cum aequali infamia, aut alio incommmodo; immo & refarcire dāmnū si qua ex ea manifestatione ille alius patiatur, juxta regulas communias, qua dantur in materia de restitu-

70.

Sententia  
Arriaga.

Eccē fundamenta utriusque sententiae appensa in statua: eligat prudens Lector, & non errabit in fidē, aut bonis moribus. Si in aliquo casu excusat infamia, saltem in casu de injuria. Quando (inquit Arriaga disp. 33. n. 18.) est ea duplex injuria; potest illud ipsum reputari grave malum ejus persona; & habet maiorem vim, si ea sit innocens: unde non erit tunc obligatio eam prodendi Hac ille.

In aliis casibus putat magis consequenter diffrui, si dicatur esse obligacionem manifestandi illud peccatum, cum ratio complicitis videatur se habere per accidentem, & aliunde nihil sit quod excusat. Sed quod uni si videtur, alii alter videtur, & ideo tñ diverse sententiae, quando res pendet à prudenti judicio, prout hac res penderit, ut etiam resolutio questionis, quā queritur: Utrum subinde debet revelari complex in Confessione, quando illa revelatio non est necessaria, nisi ad correctionem ipsius, vel ad præcavendum damnum tertii? Hac est communis, & nostra resolutio:

## CONCLUSIO IV.

Non facile revelandus est complex in Confessione, quando illa revelatio non est necessaria, nisi ad correctionem ipsius, vel ad præcavendum damnum tertii:

Dominus Ferdinandus Guerrierus Archiepiscopus Granatenis pietate non minùs, quam doctrinā illustris, contendit (ut refert Lugo disp. 16. n. 424.) Confessarium debet in aliquibus casibus paenitentem obligare, ut ei complicitem manifestet; quod si renuat, negate Absolutionem. Primo, si sefer aliquem occulè dogmatizare & seminar erroris contra Fidem, quem ipse paenitens denuntiare non posse. Secundo, si sciat, Sacerdotem aliquem abuti Sacramento Confessionis, revelando Confessionis notitiam, sollicitando paenitentes ad turpia &c. Tertio, si sciret, aliquem Sacerdotem sicutum ministrare publice Sacramenta. Quartò, si esset medicus aut pharmacopola, qui medicinis mortiferis intendit occidere infirmos. Quinto, si secunda sollicitata ab amico mariti, sit in proximo periculo consensu, quia est in eadem dotto; nec potest marito

71.  
Aliqui add  
sus in que  
bus putat  
Guerrierus  
Confessio  
rium posse  
obligare  
paenitent  
em ad re  
velationem  
complicitis.

marito revelari, quia occidet illum; & est spes emendationis, si Confessarius alloquatur adulterum.

In his & similibus casibus, in quibus revelatione complicis non est necessaria ad integrum confitendum, interim sperar futura utilis; immo quodammodo est necessaria ad correctionem complicis, vel ad præcavendum dampnum tertii sive Reipublicæ, sive alterius private persona, videtur Aliquis, Confessarium posse obligare, aut verius, ostendere obligationem, quam ex jure naturæ habet pœnitentiæ revelandi complicem; & si nolit revelare, tamquam indispositum repellere.

<sup>72.</sup> Pro hac sententia inter carceros, quos vide-  
re poteris apud Lugonem suprà n. 425. citatur  
D. Bonaventura 4. dist. 21. p. 2. a. 1. q. 3.  
Subscribo ejus verba, que aliquo modo possunt

facere ad propositum: Similiter nec debet Con-  
fessor curiose inquirere de persona (complicis) sed  
suspiciatur, quod sit persona, cui posset prodesse, &  
competens & utile sit illum fare, potest extra forum  
Confessionis illam inquirere.

Et infra: Ad illud, quod obicitur, quid facit  
(notitia complicis) ad proprii peccati curam &  
cautelam, dicendum, quid in tali cauget: mul-  
tam tamen est observandum, ne nullus accuset  
in illo actu; sed si quis videret expedire, scire pecca-  
tum alienum propter utilitatem eius vel commone-  
bonum, tunc est extra forum Confessionis perquirere  
& audire. Plene tutius est, si non omnino ne-  
cessarium.

<sup>73.</sup> Quid sensat Docto-  
ritus D. Bonaventura  
Subtilis.

Audio Doctorem Subtilem 4. dist. 21.  
q. 2. n. 18. sic dicurrentem: Ad primum dico,  
quod peccatum confessum debere culari, non est tan-  
tum ins. confitens, sed ius Communitatæ: quia ex  
opposito, scilicet ex revelatione, sequetur continua  
perturbatio in Communitate; quia passim quilibet  
repudaret alium abominabilem: & non licet ipsi  
renunciare iuri Communitatæ, licet suo. Alter pote-  
 dici: etiò etiam, quid tantum ejus ius istius, id est,  
in favorem istius indulti, non licet isti renuntiare  
quoad hoc, quod Confessor sit liber ad revelandum;  
quia Confessor tunc tenetur multiplici iure, natura  
scilicet & positivo, quorum nullius revocatio est in  
potestate confitens.

Quid igitur (interrogat Scotor) faciet Con-  
fessor, confeso volente peccatum suum prodi? Re-  
spondet: Dico, quod confitens potest postea pecca-  
tum suum extra Confessionem duere: & si ut se-  
cretum, adhuc licentia sequens non absolvit Con-  
fessorem à lege naturæ, quin teneatur celare. Sed si  
dicte, ut non habeatur secretum, & maximè apud  
aliam personam, vel apud alias certas, quibus forte  
licet propter aliquem bonum finem, qui potest sequi ex  
revelatione istis factis, vel illi, tunc Confessor potest  
dicere illud tamquam sibi publicè dictum extra omne  
secrenum.

Et rursus interrogans ait Doctor: Sed num-  
quid potest tunc dicere: Audihi hoc in Confessione?  
Respondet: Dicitur, quod hac sola verba: Au-

divi hoc peccatum, & hujus personæ in Confessione, includunt peccatum mortale; quia inclu-  
dant revelationem huius, ut cognosci eo modo, quo  
non licet revelari. Vnde, cui post Confessionem re-  
tatur extra omne secretum, caveat in modo nar-  
randi, ne hoc narret tamquam sibi dictum modo,  
quo non licet revelari. Hac Scotor de revelatione  
peccati ipsius pœnitentis; par autem est ratio, si  
non major, de revelatione peccati complicis.

De hac controversia longè & late disputat  
Bannez 2.2. q. 33. a. 8. dub. 8. ostendens pri-  
mò, notitiam confessionalis non esse me-  
dium convenientium ad correctionem. Secundò  
enumerat inconvenientia maxima & plurima,  
que ex iiii notitiis confessionalis ad eum si-  
men consequuntur & consequi possunt. Ter-  
tiò conatur probare sententiam, que docet  
hunc usum esse licitum, Pœnitentia Sacra-  
mento injuriosè adversari.

Porrò hanc sententiam approbare videtur  
Suarez disp. 3.4. lect. 4. n. 5. quia (inquit) ut apparet  
notitia Confessionis ex licentia pœnitentis ad eum si-  
corrigendum complicem, non est actio mala,  
qua prohibita; neque etiam est prohibita,  
qua mala: & ideo nihil obstat, quod minus  
aliquando honestè possit fieri. Hec illi. Et cum  
dixisset priorem partem esse certam, quia nulla  
potest de hoc ostendi les positiva; posteriorē  
partem probat discurrendo per tres virtutes, ad  
quas pertinet posset honestas vel malitia hujus  
actionis; pura virutes Religionis, Justitiae &  
Charitatis.

Quod illa actio non sit contra Justitiam  
aut Charitatem, probat: quia si pœnitentis in & non  
eo casu post finitam Confessionem det noti-  
tiam Confessori extra Confessionem de peccato  
complicis, ut eum corrigat & emendet, ser-  
vato debito ordine correctionis fraterne, &  
aliis circumstantiis debitissimis, id non est contra  
Justitiam, & maximè convenienter Charitatem:  
immò aliquando potest esse debitum, si tale  
medium moraliter censetur necessarium ad  
emendationem proximi; quia spiritualis filius  
ejus præferri debet illi qualicumque infamia  
vel pudori. Neque id negat Scotor, ut patet ex  
verbis ejus supra allegatis, & expressè affirmat  
D. Bonaventura, omnemque in eo convenientem.

Interrogo ergo (inquit Suarez) quando  
pœnitentia dat licentiam Confessori loquendi  
de rebus Confessionis, an illa licentia aequivalet  
manifestationi extra Confessionem, vel sit  
solùm quadam extensio vel facultas intrà lati-  
tudinem signi, relata obligacione ejus quod  
alia? Si primum dicatur, ut non pauci existi-  
mant; ergo sicut licitum est extra Confessio-  
nem dicere, ita & dare licentiam, & similiter  
licitum erit Confessori utroque modo corri-  
pere completem, cum dicantur illa duo aequi-  
valere. Si quis autem contendat, necessariam  
nihilominus esse iteratam narrationem totius  
facti, & non satis esse unico verbo dare licen-  
tiam,

iam, re-  
ne nar-  
et: qu-  
sit necel-  
contineat  
Unde  
pœnitentia  
illa omni-  
quere, il-  
ciat, ut  
pios & do-  
licentiam  
led reliqui  
prater id  
ceditur, f-  
hoc modis  
quia magis  
alundi R-  
in tali ac-  
74. Et fane-  
bare, Rad-  
Doctorum  
posse uti se  
tiā seu ne-  
modo, que  
fuerit ex-  
Confessori  
ut compli-  
possi ult-  
fuerit primi-  
sime obliga-  
omnes, ca-  
licentia po-  
figillata;  
terius uti  
tra obliga-  
tione no-  
dit poti-  
confitetur.

75. Et fane-  
bare, Rad-  
Doctorum  
posse uti se  
tiā seu ne-  
modo, que  
fuerit ex-  
Confessori  
complicis.  
tor, jam  
Doctorum  
posse uti se  
tiā seu ne-  
modo, que  
fuerit ex-  
Confessori  
ut compli-  
possi ult-  
fuerit primi-  
sime obliga-  
omnes, ca-  
licentia po-  
figillata;  
terius uti  
tra obliga-  
tione no-  
dit poti-  
confitetur.

76. Et fane-  
bare, Rad-  
Doctorum  
posse uti se  
tiā seu ne-  
modo, que  
fuerit ex-  
Confessori  
complicis.  
tor, jam  
Doctorum  
posse uti se  
tiā seu ne-  
modo, que  
fuerit ex-  
Confessori  
ut compli-  
possi ult-  
fuerit primi-  
sime obliga-  
omnes, ca-  
licentia po-  
figillata;  
terius uti  
tra obliga-  
tione no-  
dit poti-  
confitetur.

77. Et de  
Institu-  
tione  
secundum  
suprà, ut  
sufficiat ex re-  
tio in Commu-  
nione  
impresis  
cic: Non po-  
ad revelanda  
dixit in Con-  
fessione  
est, quod  
ortam, f-

Addit  
quantum ad  
revelare pro-  
& Ecclæsa-  
ne, potest  
vel dicit bo-  
neque sic pi-

tiam, referendo illud ad ea, quae in Confessione narrata sunt, hoc profecto superstitionis est: quia enim est ratio, cur illa ceremonia sit necessaria, cum verbum illud virtualiter continet totam narrationem præteritam?

Unde non est dubium, quin si intentio penitentis sit, absolute auferre sigillum, & illa omnia extra notitiam Confessionis relinquare, illi modus unico expresso verbo sufficiat, ut etiam habet usus apud quocumque pios & doctos Confessores. Si vero sentiamus, licentiam hanc non omnino tollere sigillum, sed relinquerre illud integrum in omnibus aliis, præter id, quod per talen facultatem conceditur, sic profecto manifestè constat, minùs, hoc modo lœdi iustitiam, aut Charitatem, quia magis confutat fama proximi. Ergo si aliunde Religio illela manet, nihil mali est in tali actu. Huc usque Surius supr. n. 10.

Et sane eodem argumento potius probari, Religionem manere illeam: nam omnes admittunt, manere illeam, si penitens post finitam Confessionem det notitiam Confessori extra Confessionem de peccato complicitis. Immo si nihil aliud velit hic Auctor, jam convenit cum Scoto, & ceteris Doctoribus, qui solum negant Confessarium posse ut scientia confessionalis, id est, scientia seu notitia accepta in Confessione, eo modo, quo uteretur ea notitia, si ipsi data fuisset extra Confessionem, ita quod ille cui Confessarius revelat peccatum penitentis, aut complicitis, cognitionem in Confessione, possit ulterius uti illa scientia, ac si non fuerit primitus accepta in Confessione, id est, sine obligatione sigilli: certum quippe est apud omnes, causâ consilii posse Confessarium de scientia penitentis revelare ejus peccata, sed sigillata; ita quod confessor non possit ulterius uti illa scientia, nisi vellet peccare contra obligationem sigilli sacramentalis. Unde tunc non tollitur obligatio sigilli, sed extenuatur potius, sicut cum quis per interpretem confiteretur.

Et de tali extensione non loquitur Scetus supra, ut patet ex his verbis: *Quia ex opposito, solito ex revelatione, sequeretur continua perturbatio in Communitate.* Quando ergo in Reportatis impensis Lugduni 4. dist. 21. q. 2. n. 13. dicit: *Non potest Confessor dare licentiam Confessori ad revealandum aliquid extra Confessionem, quod sibi dixi in Confessione; ly Extra Confessionem, idem est, quod extra obligationem à Confessione ortam, sive extra obligationem sigilli.*

Addit: *Et dato, quod potest dare licentiam, quantum ad se attinet, Confessor tamen non potest revelare propter ius naturae contrarium, ius divinum & Ecclesia.* Illud vero idem, quod dixi in Confessione, potest sibi dicere extra Confessionem, & tunc vel dicit hoc idem illi per modum secreti consilii, & neque sic potest ille alii revelare propter supradictam

rationem, nisi petendo consilium de illo: vel non dixit per modum secreti, & tunc potest revelare illud, sicut si alius dixisset hoc coram decem, dummodum sciat alius non esse offendendum, nec scandalizandum ex hoc.

Si ergo apud Starium idem sunt, dare licentiam Confessori loquendi de rebus Confessionis, & manifestare sua peccata extra Confessionem; si (inquam) licentia data Confessori loquendi de rebus Confessionis, aequivaleat manifestationi extra Confessionem, optimè convenienter Surius, & Scotus, Surius, & Bannez, & ceteri omnes DD.

Sed hanc aequivalentiam nemo afferit, nisi in hoc sensu, videlicet quando peracta Confessione his aut similibus verbis dare licentia: Ea, quæ in Confessione dixi, extra Confessionem sunt dicta. Nec aliud habet usus apud quoscumque pios & doctos Confessores.

Qui utique usus non est contra Religionem, neque contra iustitiam aut Charitatem; quia non est usus scientia confessionalis, sed scientia extra Confessionem accepta, quæ proinde potest uti Confessarius eodem modo, ac si penitentis non fuisset ipse confessus; in tantum, ut sine fractione sigilli posset illa scientia uti, non solum ad correctionem complicitis, vel ad præcavendum damnum tertii, sed etiam in præjudicium complicitis, vel ad inferendum damnum tertii, quamvis tunc peccare contra iustitiam, vel contra Charitatem.

Quæstio ergo principalis est, an casu quo penitentis in conscientia debet corrigerre complicem, aut avertire damnum tertii, & non possit per se commode id præstare, neque per alium, quæ per Confessarium, possit & debet uti operâ ipsius, non communicando aliam scientiam peccati complicitis, quam confessionalem, id est, talen, quæ Confessarius absque fractione sigilli nequeat uti ad alium finem; ipse autem complexus, qui corrugendus est, aut terrius, cuiusdam avertendum est, possit uti ad quemcumque finem absque fractione sigilli.

Et vero, quod non debet uti operâ Confessarii, communicando hujusmodi notitiam Confessionalem, nimis claram est: quia scientia extra Confessionem, indubie aptior & utilior est ad istum finem; ergo satisfacit penitentis communicando notitiam extra Confessionem. Quod autem possit dare notitiam Confessionalem jam descriptam, de hoc disputatur, ut dixi. Et quamvis Surius communiter allegetur pro sententia affirmativa; equidem indistinctè loquitur, & videtur confundere scientiam confessionalem cum illa, quæ datur extra Confessionem, ut superius ostendi.

Clarius & distinctius pro ea sententia loquitur Lugo disp. 16. n. 429. quam & probat:

78.  
Quando se  
quæalent  
licentia lo  
quendi lo  
rebus con  
fessis, &  
manifesta  
tio extra  
Confessio  
nem,

79.  
Proponitur  
casus que  
tionis;

80.  
Penitentia  
tem posse

dare scien-  
tiam con-  
fessoriem  
affert Lu-  
go, & pro-  
bat.

bat: quia hoc pacto pénitentis magis consulit fame complices, cum maneat Confessarius magis stricte obligatus auctiori vinculo sigilli sacramentalis, ad non manifestandum illud complices crimen. Aliunde autem certum mihi est, sigillum Confessionis, licet comprehendat etiam peccata complices, non tamen respicere ipsum complices, sed pénitentem, cuius solius licentia sufficit ad utendum illa notitia. Denique non est contra reverentiam Sacramenti, quod assumatur secundaria ut medium ad alios effectus extrinsecos prater justificationem pénitentis. Hac ille.

Confirmari potest (prosequitur numero se-  
quenti) quia non est dubium, quod possit Confessarius ex licentia pénitentis uti notitiā illā ad aliquod damnum temporale complices impedire, ut si uxor adultera, sciens virum suum velle interficeret adulterum, moneat illum per Confessarium, ut sibi consulat. Item, si aliquis in mortis articulo restituat damnum, quod simul cum alio focio intulit, poterit Confessarius ex licentia pénitentis admonere illum complices de restitutione facta, & quomodo socius moriens condonavit ei suam partem. Hucusque Eminentissimus.

81.  
Responde-  
tur confi-  
mationem  
esse aquē  
dubiam.

Sed contrā, & incipio ab ultimo, quod sequē dubium est & obcurum, atque illud, in cuius confirmationem adseritur, nec puto ab Auctoribus contraria opinione admittendum, loquendo de notitia confessionali. Contrā (inquam) sic argumentor ad hominem: Quod liceat uti, vel non uti notitia confessionali, non dependet ex confessu complices, juxta Lugonem suprà. Licet ergo in his postremis calibus complex prefutemur omnino voluntarius, ut Confessarius uteretur illa notitia (cum illi ulis cedar totaliter in ipsius commodum) quid tum? Nam etsi est involuntarius, adhuc in sententia Lugonis licet uti illa notitia. Ergo non est major ratio, quare liceat uti illa scientia in his casibus, quād dum necessarii est ad corrigendum complices, aut avertendum damnum tertii, quod ipse complexe alioquin inferret, & sumptuose desiderat inferre.

82.  
et dicer-  
eum esse, an  
sigillum  
non respi-  
ciat etiam  
complices.

Deinde, quod Cardinali certum est, scilicet sigillum Confessionis, licet comprehendat peccata complices, non tamen respicere ipsum complices, hoc alis valde incertum est; immo falso: quia (inquit Valsquez qu. 93. art. 4. dub. 5. n. 6.) voluit Deus iudicium hoc esse secretum, ne inde alicui incommode sequeretur, aut sequi posset: ergo exultimandum est, voluisse eo secreto consulere non tantum pénitentibus, sed etiam omnibus, qui aliquo modo explicantur in peccato pénitentis. Obligat ergo sigillum in favorem etiam complices. Unde non satis erit licentia ipsius pénitentis, sed requiritur etiam illius complices, & tamdiu manebit sub Confessio-

nis sigillo, quamdiu aut extra Confessionem non dicatur, aut illius licentia non obtinetur. Ita Valsquez.

Sicut ergo non licet revelare peccatum pénitentis, tametsi illa revelatio est necesse ad correctionem pénitentis, aut ad averendum damnum pénitentis (v. g. si alii est occidens vel privandus bonis suis extermi) finē expresa ejus licentia; ita neque peccatum complices in sententia Valsquez finē expresa complices licentia, est alioquin illa revelatio est necessaria ad averendum grave ipsius damnum.

Quantum ad reverentiam Sacramenti, video, rem altioris ordinis posse ordinari ad bonum inferioris ordinis: quia per hoc, id quod superiori est, in se non minuitur, & juvat inferiori; augetque bonum ipsum saltem exen-  
sive, & omnia tandem in gloriam Dei ordinantur; quomodo Deus gratiam unionis ordinavit ad gratiam nostra sanctificationis, & gratiam hanc, quae supernaturalis est, ordinavit ad bonum natura, & observantiam etiam legis naturalis. Ac proinde Iubens admittit, Confessionem posse ordinari ad obtinendam sanitatem corporis, ad promovendam seu procurandam correctionem Confessarii, & similes fines honestos, non excludendo finem principalem, qui est justificatio pénitentis. Ergo etiam ad correctionem complices, vel ad averendum damnum temporale complices aut alterius tertii;

Respondeo concedendo totum, quando fines illi secundarii possunt obtineri, absque revelatione peccati pénitentis, aut complices extra Confessionem, id est, extra obligacionem sigilli: secūs, si est necesse notitia non sigillata; nam, secundum Scotum suprà, materia semel sigillata, semper manet talis, etiam accedentes licentia pénitentis, immo & complices: quia sigillatum à Deo, & ab Ecclesia ordinatum est, non tantum in favorem pénitentis, & complices; sed etiam ipsius Sacra-  
menti, cui favor nec pénitentis, nec complexus potest renuntiare; sicut etsi Clericus posset renuntiare privilegio, in sui favore specielem concessio, non tamen concele in favorem fratris Clericis, cum ejusdem prejudicio.

Dices: Nullum sit prajudicium Sacra-  
mento per talem usum scientiae Confessionis;  
ergo non est paritas. Antecedens proba-  
tur: quia scandalum deceptions & similia re-  
vera non sunt per se nec frequentius conjuncta cum illo usu, ut experientia ipsa expedit. Si ergo inconvenientia aliquando sequantur, id erit per accidentem. Ex accidenti autem (inquit Suarez suprà nu. 8.) non negamus hanc actionem aliquando posse esse malam; tunc autem malitia per se primò non erit contra Religionem, sed aut contra Charitatem, aut contra aliam similem virtutem: contra Reli-  
gionem.

Et n  
on  
onero  
An  
ipsum  
Confessio  
rofici  
dici pot  
metur  
tus, aut  
est: alio  
ritas fa  
cundum  
polis, &  
& per c  
quadri  
rius.

85. Resp  
bilium, & milia in  
electores  
familias  
decessores  
et familia  
pe le esse  
responsum  
si foret l  
& impru  
dencia  
dum sca  
merē per  
naturam  
scandalis  
tias Sace  
autem p  
probabilis  
nem sua  
rat pecca  
confite  
scandalum  
nis.

Et ini  
quid pec  
ei, qui pa  
hoc de pe  
peccata  
committ  
diceret  
bonum in  
ex hoc n  
Sim  
ter doc  
culum  
commun  
comple

Sect. 9. De Caus. excus. ab integ. Confess. Concl. 4. 697

gionem autem erit per quandam redundantiam, in quantum Religioni derogat, uti actione faciat cum detrimento alterius virtutis. Hac illa.

Et num. 11. sic ait: Neque ex hoc usum sit onerosa Confessio. Cui enim fiet onerosa? An penitent? Minimè: quia supponimus, ipsam suam liberam voluntate velle uti industria Confessoris ad illum finem. Aut est hoc onerum ei, qui corripitur; at vero neque hoc dici potest, si secundum rectam rationem asti- metur. Nam, si illa irrationaliter sit invi- tata, aut gravamen sentiat, id curandum non est: alioquin nullas erit corrigendas, ne Charitas sua onerosa proximo. Quod vero se- cundum rectam rationem nullum onus sentire posse, constat: quia intenditur bonus ejus, & per optimum medium, quo ejus fama, quod fieri potest, conservatur. Hactenus Suau- ri.

Respondeo: scandala, deceptions & similia inconvenientia, quæ videri possunt apud Banum supra, sunt per se, id est, frequentius coniuncta, aut nata coniungi cum illo ufo, si foret licitus, considerata malitia hominum & imprudentia; & ideo omnes DD. agentes de hac materia solliciti monent præcavendum scandalum, quod non ita facerent, si mere per accidens & raro coniungeretur.

Dicendum ( inquit Doctor Seraphicus 4. dist. 21. p. 2. art. 2. q. 2.) quod, sicut dictum est, Sacerdos non debet (revelare peccata penitentis) propter duo; scilicet, quia novit solam ut dens, & ierum, ne populum scandalizet, vel etiam ipsum confitemet. Et quia confitemere potest facere, quod ipse novit ut homo, quando facit eum nuntium, potest eum licentiare in cœlo, in quo non timeat periculum scandalum. Vbi autem periculum scandali formidatur, quantumcumque penitentis licen- tias Sacerdotem, non debet Sacerdos asserere. Tunc autem potest timeri periculum scandali, quando probaliter posset coniugi, quod Sacerdos Confessionem suam revelavit. Vnde si dicat, quod alii refe- rat peccatum, debet ipse Sacerdos penitentem suum constitutere, non se nuntium facere; & sic vitetur scandalum, & non rumpatur sigillum Confessio- nis.

Et intelligatur hoc cum illa generali suppositione, quod peccatum aliquius nulli est manifestandum, nisi ei, qui posset prodeesse, nec velit obesse. Intellige etiam hoc de peccatis propriis, non de alienis: nam aliena peccata dicere non potest, neque debet penitentis aliqui committere, nisi forte in cœlo, in quo ipse debet dicere; & melius per alium, quam per se potest bonum illius procurare, semper adhibita cautela, ut ex hoc non scandalizetur Ecclesia.

Similiter loquuntur alii DD. & unanimiter docent, consuetius esse ad vitandum periculum irreverentiae in Sacramentum, & in- commodis obviandum, ut si monendum sit complex, negotium aperiatur extra Confessio-

nem. Immò Aliqui existimant, utile fore, si Confessorius, qui vult uti scientiam confessionali, petat sibi licentiam dari à penitente in scriptis, ne forte penitens postea id neget. Ad quid omnino illa, si scandala, deceptions & similia non sint frequentius coniuncta, ut putat Suarius supra? Frequentissimum ergo est periculum, quod complexusculatur, Confessorius absque licentia uti scientiam Confessionis; ac propter onerosa fiet ei & odiosa Confessio, & ab ea avertetur, cogitans, ne forte etiam sua peccata, sine licentia aliquando reuelentur.

Et si dixeris: Hoc scandalum potius est acceptum, quam datum, propter quod vitan- dum, non semper sunt opera Charitatis omittenda, & praefertim correctione, quando tamen speratur fructus.

Respondeo: cūdēm fructum possit sperari ex correctione, quæ fieret à Confessario, cui extra Confessionem peccata suissent dicta. Ergo nulla necessitas utendi scientiam confessionali cum scandalo accepto. Deinde cur illud scandalum non debat dici potius datum, quam acceptum? Neque enim ex mera malitia contingit, sed potius ex ignorantia vel infirmitate, vel occasione tui operis, cum penitentes non soleant dare taliter licentiam, immò, secundum Multorum sententiam, nec licite, nec valide possint dare.

Nec obflat quod Confessorius non debat sponte explicare modum, quo id sciat; nam fieri posset, quod complex interrogaret de modo, probè sciens, neminem potuisse re- velare suum peccatum, nisi taliter penitentem. Quid tunc Confessorius responderet & Scire extra Confessionem? Mentiretur Scire ex Confessione? Verum dicere, sed cum scandalo complicitis. Quando autem revera sit extra Confessionem, si interrogetur, respondeat audacter, se scire extra Confessionem; & nullum est periculum scandali, nisi accepti; cum tunc planè sine ullo fundamento complex judicet, Confessorium uti scientiam con- fessionali contra obligationem sigilli.

Igitur sit prejudicium Sacramento per ta- lem utrum scientiam confessionalis, falso propter scandalum acceptum, quod evitari debet, quando commode evitari potest, dando no- titiam extra Confessionem, quæ indubie magis apta est ad correctionem fraternalm, & ad avertendum damnum Communis aut privatæ personæ: utpote etiam sufficiens ad denuntiationem publicam & externam gu- bernationem subditorum. Quapropter merito talis usus scientiam confessionalis generaliter censetur prohibitus, tamen hic & nunc foret utilis ad praefatos fines obtinendos, ut declaro in simili.

Excommunicatione primâ Bullæ Cœsare 88. justè excommunicantur omnes etiam docti & firmi

Cœsare fine legis

negativè solum in casu particulari non cessat ipsa lex. firmi in fide, hereticorum libros heresim continent, vel de Religione tractantes, siue auctoritate Sedis Apostolicae legentes, et si hic & nunc nullum subit periculum perversioris, & possit illa legio esse utilis, v. g. ad defendendam Fidem. Ratio est: quia cessante fine legis solùm negativi in casu particulari, non cessat ipsa lex: hoc enim expedit bono communī, ne aliquin lex ut plurimum careat suo effectu: v. g. in casu proposito, si prohibito cesseret, quando non subest periculum perversioris, cum facile de nobis ipsis magna presumamus, maxima pars fidelium judicaret, se longe distare a tali periculo, quamvis plurimi eorum essent valde propinquui; adeoque non vitaretur periculum perversioris, quod tamen lex intendit vitare; & multi perverterentur, pauci verò Fidem defendenter. Illa ergo particularis utilitas, nulla censetur respectu damni communis, quod sequeretur, si generaliter efficeretur licitum legere libros prohibitos quando non subest periculum perversioris.

89.  
Aliud foret, si finis legis cessaret ad aquatē  
in universali, v.g. si magis expediret pro  
bono Fidei, quod omnes possent legere libros  
haereticorum, quam quod debeant abstineret;  
vel etiam, si in causa particulari cessaret con-  
traire, id est, si Fides periclitaretur, nisi hic & nunc  
aliquis legeret libros haereticorum:  
tunc enim magis expediret pro bono communi,  
ut lex non obligaret; nam obseruando legem  
incurritur periculum perversiorum, quod tamen  
lex intendit evitare. Tali ergo casu ex obser-  
vatione legis sequeretur malum; in priori  
autem casu, quamvis hic & nunc ex non obser-  
vatione legis sequeretur magis bonum par-  
ticulare, euidem ex observatione non sequi-  
tur aliquod malum particolare, & sequitur  
majus bonum commune, ut ostensum est.

Nonne majus bonum potest sequi in casu particulari ex mendacio v. g. officioso, quam ex veritate? Et tamen istud non licet; quia majus damnum commune sequeretur, si in hoc casu efficeretur licitum: nam illa licentia pro hoc casu, tolleret fidem humanam pro aliis multis, cum semper homines possint formidare, an loquens non apprehendat, in illo casu majus bonum, quam damnum sequi ex suo mendacio.

Similiter, licet ex matrimonio contracto finè Parocho, in casu particulari posset majus bonum commune sequi, quam damnum hic & nunc; tamen lex illa etiam illo casu obligat; quia licet ex illo particulari matrimonio magnum bonum commune, & nullum damnum sequeretur; maximum tamen damnum commune sequeretur ex eo, quod in casu illo particulari posset matrimonium finè Parocho validè contrahiri, quia fingerent sibi homines facilè necessitatim, & sic multa ma-

trimonia manerent dubia & litigiosa. Idem cernitur in casu, quo secundum matrimonium, vivente primâ, efficit omnino necessarium pro conservanda Fide Catholica aliquid integrum regni; in quo tamen non licet propter eandem rationem.

Atque (ut ad propositum nostrum rever-  
tamur) ponamus, violationem sigilli plan-  
tiam necessariam esse, pro conservanda Fide Ca-  
tholica alicuius integri regni, neque hic &  
nunc esse periculum alicuius scandali; illis  
qui, norunt sigillum violatum, properet  
non erit Confessio odiosa aut onerosa; putas, regia  
quia tali casu licet, violatio sigilli? Nullus  
haec tenet, ausus fuit id docere.

Ergo consumiliter, licet usus scientie Confessionis de licencia penitentis, hic & nunc posset esse utilis ad correptionem fraternam, aut ad impedientium dannorum terribilitatem, equidem si taliter casu liceret, maximum dampnum commune sequeretur; quia paucum confessari & penitentes vellent tali via corrigeri, & dannum avertire, ut sic effugerent onus probandi, & alia incommoda, que possent oriiri ex notitia data extra Confessionem; vellent (inquam) tali viâ corrigeri & dannum avertire, illius falsa imaginatione utilitatis, cum summo scandalo complices, & alii quam plurimis inconvenientiis.

Dices: Peccatum non tenetur compiri,  
aut avertire datum tertius, cum onere pro-  
bandi, aut aliis incommodis. Respondeo:  
Etiam non tenetur cum incommodis; quia  
plerumque nata sunt sequi ex usu scientie  
confessionalis: igitur placet consilium meum,  
ut taceat. Sane justus timor scandali, & ali-  
rum inconvenientiarum, qui communiter sub-  
est, videtur ratio sufficiens, generaliter prohibi-  
bendi usum scientie confessionalis ad predi-  
ciones fines, etiam pro causa particulari, in quo  
omnibus confederatis cessaret scandolum, &  
aliae inconvenientiae. Atque haec factis impre-  
sentiarum, quae autem superfluit, examina-  
bimus proprio loco, ubi de sigillo Confes-  
sionis.

Progedior ad alios casus, in quibus licet  
est Confessio non integra materialiter; & in quibus  
principio occurrit casus satis practicus; quando  
habens peccata reservata, in necessitate confi-  
terut ei, qui non potest direxere a reservatis resiliens  
abfolvere; sed de hoc egimus disp. 4. fact. 10.  
concl. 5. ad quam remitto Lectorem. Alius  
casus est extrema necessitas, quando peni-  
tens mortali infirmitate praecoccupatus, vel  
nullum in speciali peccatum potest declarare,  
tamen velit; vel falso non omnia, prout  
requirit materialis integritas Confessionis.

Certè nemo prudenter potest dubitare, quin valeat Absolutio, quando infirmus vel unicum peccatum in specie declaravit: sin autem nullum peccatum in particulari, ne qui-

dem in genere aliquo subalterno dixerit, sed solum in communi: Peccavi, & peto Absolutionem; negant Aliqui Absolutionem valere: ego cum communi sententia dico:

### CONCLUSIO V.

In extrema necessitate sufficit Confessio unici peccati venialis in particulari, immo peccati solum in communi, his aut similibus verbis: Peccavi & peto Absolutionem. Quidni possit, & debeat absolvvi ad quodcumque signum externum Contritionis?

93 E xcusant Aliqui infirmum ab integritate materiali Confessionis, quando ob gravitatem morbi, indispositionem capitis &c. non fert longum examen, nec sine magna difficultate & notabili defarigatione potest omnia explicare, tametsi à Confessario adjutus; quod magis, si physicè impotens est, & jam jam creditur moriturus? Et verò, nulla est ratio prudenter dubitandi de prima parte Conclusionis, cum unicum peccatum veniale sit materia sufficiens & certa ( secundum communem sententiam ) validæ & licita Absolutionis.

Perinde autem est, sive necessitas proveniat ex parte infirmi, sive ex parte Confessarii; v.g. si Confessarius creditur moriturus ante finem integræ Confessionis, & non adsit alius, cui infirmus ante mortem posse integrè confiteri, tametsi velit. Sin autem adsit alius, cui commode posse integrè confiteri, dubitatur, an tunc prior Sacerdos possit absolvere à peccatis auditis? Aliis affirmantibus, Quibusdam negantibus.

Affirmantes pro fundamento allegant difficultatem iterata Confessionis eorumdem peccatorum, que ipsi videtur sufficiens causa dimidiandi Confessionem. Sed contrarium videtur Negantibus, & probant à simili: quia ( inquit ) Illi, qui affuerint Superiori posse audire sola reservata, & absolvire ab illis, addunt tamen, debere potest Confessionem integræ fieri de omnibus apud alium Confessarium. Respondeo; illam additionem apud me esse falsissimam, supposito quod Superior sacramentaliter absolverit, & valide à peccatis reservatis, de quo alibi tractavimus.

Probant secundò ab alio simili: si accedat ad me penitens, & dicto uno atque altero peccato ad vertam, me illius idioma capere non

posse, non debeo illum à peccatis jam dictis absolvire, sed, juxta communem usum, debeo illum remittere ad alium Confessarium, illius lingue grarum, nisi aliquid aliud obfet. Item, si penitens dictis multis peccatis non reservatis, dicat potest unum reservatum, non debeo, aut possum ipsum absolvire à non reservatis, præcisè ne iterum cogatur ea confiteri; quia Eam docet Lugo.

confitentes exponit se illi periculo, dum incipit confiteri.

Ideò hanc sententiam docet Lugo disp. 17. n. 4. Quæ indubiè probabilis est, immo videotur probabilior propter secundum simile, ad quod contrariae partis Autores non respondent; nec video quid responderi queat, nisi absolvit negando ralem usum.

Ad tertium simile respondet Arriaga disput. 36. n. 9. Eo casu Sacerdos ratione reservatorum agnoscet, se non habere potestatem absolvendi validè: quid ergo mirum, si non absolvat? In nostro autem casu non est ea ratio, cum supponamus eum habere integrum jurisdictionem. Confirmo: quia in casu questionis videntur Autores docere, elidò illicitè, validè tamen dari posse tunc Absolutionem; at in casu de reservatis, si auditio reservata daret Sacerdos Absolutionem, profectò ea esset invalida; est ergo disparitas inter utrumque. Hec ille.

95 Sed contrà: qui compulsus necessitate, v.g. Resolutus communicandi, confiterit reservata & non reservata inferiori, validè absolvitur, à non reservatis. Si ergo aliquando invalidè absolvitur, est propter indispositionem, quia non habet justam causam dimidiandi Confessionem; & ideo mortaliter peccat, petendo Absolutionem à solis non reservatis, quando comodè potest accipere Absolutionem ab omnibus. Unde invaliditas in hoc casu non oritur ex defectu jurisdictionis ( nisi respectu peccati reservati, quod indubiè tenetur rursùm confiteri ) sed ex defectu dispositionis ( sicut dixi ) adeoque si penitens procedat bonâ fide, & Confessarius bonâ vel malâ fide absolvat à peccatis non reservatis quantum potest absolvere, Absolutio erit valida à peccatis non reservatis: p.e. conséquens non erit obligatio iterata Confessionis illorum peccatorum.

Et confitentes, si infirmus in casu questionis non habeat justam causam dimidiandi suam Confessionem ( ut Cardinalis existimat ) neque ipse validè absolvetur, non defectu jurisdictionis, sed dispositionis, utpote peccans mortaliter, dum petit Absolutionem dimidiata, ubi sine notabili incommodo potest habere integrum.

96 Sia autem justam habeat causam dimidiandi ( ut probable putat Arriaga supra n. 10. ) Arriaga putat sententiam affirmit si validè, immo & licite absolvatur, mativam probabilem, & prod

Porrò quod sit justa causa, probatur à simili:

quia occupationes Superiorum sunt justa causa, bat eam à similibus

Tunc secundum